



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Softhene [et] Victore martyribus. Cap[itulum]. lxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Liber

sancto bertino abbate translatum: sepultum est
in monasterio sancti cyrbini.

De sancto Hilario papa et
confessore. Cap. liij.



Ilarius pa

pa natione sardus
et parte christino
leoni primo pontifi-
ci in episcopatu romano suc-
cessit. et sedit annos. vi. menses
tres: dies. x. Hic constituit ut
nullus pontifex successorē sibi
constitueret. Qui non solum in
elemosynis bandis pauperi-
bus quotidie studuit: verum etiam plerasque ba-
silicas auro argentoque insigniter decorauit. Et
fecit ad sanctum laurentium balneum et monas-
terium. Et hic plenus sanctitate et virtutibus
quiescit in pace. liij. idus septēbris: et sepultus
est ad sanctum laurentium in crypta iuxta corpus
beati fidei episcopi: et cessauit episcopus dies. vi.

De sanctis Nemesiano et Felice
et socijs martyribus. Cap. li.



Nemesianus: felix: lu

cius: alij felix: lithicus: polianus:
victor: lador: datus episcopi: multi-
presbyteri et diacones apud apu-
liam martyrium passi sunt sub per-
secutione valeriani et galieni imperatorū: qui
exurgente persecutionis rabie ad primam confes-
sionis christi constantiam grauiter fustibus ce-
si: deinde compedibus vinciti: et ad fodienda me-
talla deputati: gloriose confessionis agonē cō-
sumauerunt: quorū etiam exemplū secuta mul-
tiplex plebs. eorum portio cum eis pariter co-
ronata ē. Exerat epistola beati cypriani ad ipsos
et de ipsis scripta: quae passi sunt. liij. idus septēbris.

De sanctis Sosthene et Victore mar-
tyribus. Cap. lxi.



Sosthenes et victor

martyres apud calcedoniā pas-
si sunt sub proconsule prisco: qui
cum beatam euphemiam virginē
sub eodē proconsule decerrantē
vidissent immenso lumine circumdatā: et ange-
lorum et virginum chorus cōstitutam conuersi
sunt ad christum: ut dicitur infra in passione euphe-
mie. xvi. kal. octobris. vnde ipsi ambo a procon-
sule detenti: primos in carcerē trahi: indeque pro-
ducti ad stipites ligati sunt: vbi quoque ipsis ac-
leo ferocissimi latari fuerunt. Sed cum ab eis
in nullo lesi fuissent quin portus omni deposita
feritate pedes sanctorū lingerēt. proconsul il-
los in cuppa cremari mādauit: qui dato sibique
ulcem pacti osculo spiritum emisserunt quarto
idus septēbris.

Octauus

De sanctis Protho et Hiacynto
martyribus. Cap. lxiij.



Protho

et hiacyntus mar-
tyres rome pas-
si sunt sub galle-
no impatore. Hi
ambo fuerunt eunuchi domi-
celle: et in studio philosophie
socij eugenie reginis filie phi-
lippi nobilissimi romanozum
alexandrie prefecti: qui et ab
ipsa virgine vna cum patre et claudia eius ma-
tre ad christum conuersi sunt: ut supra in eius
passione actum est octauo kalendas ianuarij.
Sed postquam beata virgo eugenia passa est per-
tho et hiacyntus iussu impatoris tenti sunt:
et ad templum iouis adducti ut sacrificarent:
qui oratione sua simulacrum comminuerunt: et
cum sacrificare nolent: primo quidem fustibus
diurissime celi sunt: deinde captis obrucati
ne martyrium compleuerunt tertio idus septē-
bris circa annus domini ducentesimiquinquas-
gesimū sextum: et sepulti sunt via salaria vetere
in cimiterio piscille.

De sancto Delia abbate. Cap. lxiij.



Elias ab

bas in deserto
egypti in regio-
ne thebaide cla-
ruit. Qui deuot-
tarum virginum curam ha-
bens in gradū monasterio tre-
centas feminas collegerat:
earumque vitam et cōuersatio-
nem regularat: quod cum be-
nigno fecisset grauem tentationis carnem sen-
tiens adhuc iuuenis annorum triginta existēs
per similitudinem fugit: iugi biuano sesulto
ac triduo carne domas. Qui in somnis tres
angeli apparuerunt interrogantes cur deo dis-
lectas virginē reliquisset. Quibus respondit
quod vitium carnis incurrere formidabat. Quosque
ab vno eorum visum est et genitalia nouacula pre-
scidi. Sicque securus redire monetur. Et perge-
factus vir domini genitalia quidem reperit: sed
tentationem abscessam omnino persensit. Sicque
ad cenobium reuersus quadraginta annis ibi-
dem vixit: asseuerans quod nunquam decerere in cor-
eius talis cogitatio ascendit. Fenestre quoque
ibidem constructe sedebat: sorores erudens:
cum nec ad eum ipse ascendere: nec ipse ad illas
descendere posset. Quicquid autem in domino
tertio idus septēbris: cui successit sanctus do-
rotheus qui in superiori monasterij cella conse-
nuit. Nec heraclides.

De sancto Delia alio abbate. Cap. lxiij.